Frater Joannes Baptista Ceschi a Sancta Cruce

Dei Gratia

Sacrae Domus Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani et Militaris Ordinis Sancti Sepulcri Dominici

Magister humilis pauperumque Jesu Christi Custos

auditis Commendatariis et Fratribus Venerandum Concilium in Dn̄o celebrantibus


Praenobili Domino Principi Ferdinando Radziwill Nobis dilecto salutem in Domino sempiternam

Generosa tua nobilitas, morum suavitas, tuique erga Ordinem Nostrum animi propensio ac devotio quibus apud Nos summopere commendaris, Nos hortantur, ut ornatissimam personam tuam singulari benevolentiae significatione complectamur; Votis itaque tuis precibusque tuo nomine nobis porrectis libenti animo annuentes, de Nostra certa scientia, tenore praesentium Te in Premium Religionis inter Equites Honoris et Devotionis Ordinis Nostri recipimus, tibique ut Crucem auream ad figuram habitus Ordinis Nostri formatam collo appensam, devotionis causa, gestare et deferre valeas indulgemus, plenamque licentiam et facultatem concedimus et elargimur, Ea tamen adjecta lege quod si Uxorem habeas, vel duxeris, haud nobili genere natam, praesens gratia nulla ipso facto intelligatur. Atque ea insuper addita lege, ut studeas nulli te vovere comitatui vel institutioni; cujus regulae ea tibi praepediant personalia charitatis et beneficentiae munera obire quae nonnullis temporibus et praesertim bello illato ab iis qui inter honoris et devotionis equites Nostri Ordinis recensentur, prout quisque valeat et quatenus vires suppetant, explenda sunt. Praeterea vigore praesentium te omnibus indulgentiis et gratiis spiritualibus quibus ob privilegia a Sacrosancta Sede Apostolica Nobis et Ordini Nostro concessa, fratres Nostri aliique Ordini Nostro addicti, utuntur, fruuntur et gaudent, uti, frui et gaudere decernimus et declaramus; nec non omnium Missarum, orationum, piorumque Hospitalis et Militiae pro Catholicae fidei tuitione operum quae in dies a fratribus Nostris, terra marique, Deo largiente fiunt, participem in Domino facimus et omni meliori modo esse volumus. Praecipientes universis et singulis dictae Domus Nostrae fratribus, quacumque auctoritate, dignitate, officioque fungentibus, praesentibus et futuris, in virtute sanctae obedientiae, ne contra praesentes Nostras concessionis, declarationis et participationis litteras, ullatenus facere vel venire praesumant, sed eas studeant inviolabiliter observare.

In cujus rei testimonium Bulla Nostra communis plumbea praesentibus est appensa. Datum Romae in Aede Magistrali die vigesima sexta mensis Martii anno millesimo octingentesimo octagesimonono.

Registrata in Cancellaria Nostra Num.^us^ Rep.^rii^ 5877

Bajulivus Frater Maximilianus Caccia Procancellario



Frater Joannes Baptista Ceschi a Sancta Cruce

Dei Gratia

Sacrae Domus Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani et Militaris Ordinis Sancti Sepulcri Dominici

Magister humilis pauperumque Jesu Christi Custos

auditis Commendatariis et Fratribus Venerandum Concilium in Dn̄o celebrantibus

Praenobili Domino Principi Ferdinando Radziwill Nobis dilecto salutem in Domino sempiternam

Generosa tua nobilitas, morum suavitas, tuique erga Ordinem Nostrum animi propensio ac devotio quibus apud Nos summopere commendaris, Nos hortantur, ut ornatissimam personam tuam, singulari benevolentiae significatione complectamur; Votis itaque tuis precibusque tuo nomine nobis porrectis libenti animo annuentes, de Nostra certa scientia, tenore praesentium Te in Gremium Religionis inter Equites Honoris et Devotionis Ordinis Nostri recipimus, tibique ut Crucem auream ad figuram habitus Ordinis Nostri formatam collo appensam, devotionis causa, gestare et deferre valeas indulgemus, plenamque licentiam et facultatem concedimus et elargimur, Ea tamen adiecta lege quod si Uxorem habeas, vel duxeris, haud nobili genere natam, praesens gratia nulla ipso facto intelligatur. Atque ea insuper addita lege, ut studeas nulli te vovere comitatui vel institutioni, cujus regulae ea tibi praepediant personalia charitatis et beneficentiae munera obire quae nonnullis temporibus et praesertim bello illato ab iis qui inter honoris et devotionis equites Nostri Ordinis recensentur, prout quisque valeat et quatenus vires suppetant, explenda sunt. Praeterea vigore praesentium te omnibus indulgentiis et gratiis spiritualibus quibus ex privilegia a Sacrosancta Sede Apostolica Nobis et Ordini Nostro concessa, fratres Nostri aliique Ordini Nostro addicti, utuntur, fruuntur et gaudent; uti, frui et gaudere decernimus et declaramus; nec non omnium Missarum, orationum, piorumque Hospitalis et Militiae pro Catholicae fidei tuitione operum quae in dies a fratribus Nostris, terra marique, Deo largiente fiunt, participem in Domino facimus et omni meliori modo esse volumus. Praecipientes universis et singulis dictae Domus Nostrae fratribus, quacumque auctoritate, dignitate, officioque fungentibus, praesentibus et futuris, in virtute sanctae obedientiae, ne contra praesentes Nostras concessionis, declarationis et participationis litteras, ullatenus facere vel venire praesumant, sed eas studeant inviolabiliter observare.

In cujus rei testimonium Bulla Nostra communis plumbea praesentibus est appensa. Datum Romae in Aede Magistrali die vigesima sexta mensis Martii anno millesimo octingentesimo octagesimonono.

Pro Vendo Magni Cancellarii Locumtenente

Commendatarius Frater Alexander Capranica

Bulla

Crucis Honoris et Devotionis

pro


Praenobili Domino

Principe Ferdinando Radziwill

1889



Dypl. 568






CYPRVS TRIPOLI PRO FIDE